

- 4) plenissime adfirmamus ut omnibus profuturis temporibus amodo inantea vestris fidelibus,
 - 5) ad nostra supradicta civitate Justinopolim ire et redire vel negociare debeant,
 - 6) securiter absque alicuius ex nobis contrarietate...
 - 7) Unde nos vestris predecessores soliti facere fuimus servitium anphoras de vino centum;
 - 8) et iterum simili modo dare et adimplere per omnique anno debeamus tam vobis quam et a vestris successoribus usque in perpetuum...
 - 9) Sin autem (quod absit) omnes habitantibus Ystrie vobiscum aliqua turbantia vel molestia habuerint,
 - 10) nos vero absque eo predictas centum anforas de vino, quod rectum est, quemadmodum pristinis temporibus factum fuit vobis persolvere debeamus absque ulla occasione proponenda.
 - 11) et si omnes civitates Ystrie... inter vos et illos rixa et contentio aliqua orta fuerit vel occiderit ad invicem,
 - 12) nostra civitas, cuncto populo in ea commorante, vobiscum in una debemus persistere pacem et verissimam caritatem.
 - 13) Et si vel unus ex nostra civitate insurgere incontra vestros presumpserit,
 - 14) nos autem in corde et animo omnes adiutores et defensores esse debeamus.
 - 15) ...Leges inter utrasque partes invicem adimplere debeamus ut semper solitum extitit a nostris predecessoribus.
 - 16) Hec cuncta omnibus profuturis temporibus observare et adimplere promittimus absque iussione Imperatoris.
- S. M. domino Sicardo inclito comite manu sua scribi rog.
 S. M. Petro locoposito tt. ss. - S. M. Albini testis. - S. M. Olmanno scavino testis -
 Benedicto Nepus scavino t. - (seguono n. 27 altri testimoni fiduciari del popolo).
 Ego Rotepertus djaconus et notarius huius civitatis Justinopolim manu mea propria scripsi atque firmavi.

DOCUMENTO D

Actum Rivoalto — dicembre 1145.

- 1) Hoc est capitulare et pactum quod pepigit Almericus Gastaldio et Adalperus notarius et Rentulfus iudex et populus Justinopolis.
- 2) Primum debet unusquisque concivis et habitator eiusdem Justinopolis... facere fidelitatem sancto Marco et duci Venec.
- 3) Sane stabilitum est inter nos quod quandoquaque Venetici mandaverint quindecim galeas et nobis notificatum fuerit a duce Venec. quod nos debemus venire in Venecias et recipere unam galeam sarcinatum illam nobis dederit et armare illam debemus cum nostro expendio et ire cum ceteris galeis in servitium Venec. ubicumque ipse ierit...
- 4) Homines... Justinopolis et Insule*) fidelitatem ducibus qui perpetualiter erunt in Veneciis jurare debent ut suprascripta sunt... (seguono patti di indole commerciale).

DOCUMENTO E

Actum Rivoalto — dicembre 1145.

- 1) Nos quidem populus Polisanus de civitate et omni comitatu a maiore usque ad minorem qui ad iurandum faciendum aptus est,
- 2) ab hodierno in antea usque ad perpetuum integram fidelitatem supra S. D. Ev. juramus Deo et B. Marco Ap. et Ev.
- 3) ac D. Petro Polano Duci Venetiarum,
- 4) sive locius Venecie Comuni,
- 5) ita quod eis veram et integram fidelitatem conservabimus...
- 6) sicut una de Veneciarum civitatibus in omni tempore pacis et verre... (seguono patti di indole militare).
- 7) Nos de quindecim galeis unam galeam omni suo apparatu de nostris propriis expensis in servitio Venetie parare et dare debemus,
- 8) nos cum omni Comuni prompto animo ac mente fideli in suum servitium venire et esse debemus,

*) Allora «sobborgo» di Capodistria.